

Jacob Fabricius

Jacobus Fabricius Hoc Tempore Decanus Caeterique Doctores Ac Professores Collegii Medici in Academia Rostochiensi, Ad Promotionis Novi Artis Medicae Doctoris Actum Solemnem, Illustriss. Principum, Et Ampliss. Senatus Legatos Digniss. Omnesque Alios Omnium Ordinum Academiae Cives Eorumque Fautores, Ea, Qua Par Est, Reverentia Invitant Cras Hora VIII. diei Novembris XVI. : [P.P. sub officii nostri sigillo, die seculi tertii Academici quarto, Novembr. decimo quinto, anni lul. MDCXIX.]

Roctochii: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729697037>

Druck Freier  Zugang



Ines.

J. Fabricius.

Rec: Stockholm 130 aehm

R. U. med. 1619.



IACOBUS FABRICIUS

HOC TEMPORE

DECANUS

CÆTERIQUE DOCTORES AC
PROFESSORES COLLEGII MEDICI
in Academia Rostochiensis.

AD PROMOTIONIS NOVI ARTIS
MEDICÆ DOCTORIS ACTUM
SOLEMNEM,

ILLUSTRISS. PRINCIPUM, ET AMPLISS.
SENATUS LEGATOS DIGNISS.

OMNESQUE ALIOS OMNIUM ORDINUM
ACADEMIÆ CIVES EORUMQUE
FAutores,

EA, QUAE PAR EST, REVERENTIA
INVITANT

CRAS HORA VIII.

diei Novembris XVI.



ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO MDCCXIX.





Ippocrates, post Deum, bono-
rum omnium in Medicinâ autor
maximus, & theorematum Artis nos-
trae principiorum, ut Galenus loqui-
tur, sator prudentissimus, in eo,
quem ῥόμος dixit, commentario, de-
scripturus Medicum excellentem &
verum, ex ijs, qua ad Artis perce-
ptionem requiruntur, sex proponit
praesidia, quorum tria principia Natura, Ars & Usus. Ars
& Natura homini aliunde adveniunt, illa per doctrinam,
haec per generationem seu ortum. Usus autem homini per se
convenit, inque ejus potestate situs est. Quibus exactè congru-
unt septem illa, qua Galenus lib. de constit. Artis enarrat.
Ὅσις namq; Hippocratea complectitur Ingenium & Veritatis
studium, Διδακτικὴν Methodum, παιδαγωγικὴν Educatio-
nem, τὸν & ἄφους praeceptoris docti & experientis commodi-
tatem, Φιλosophικὴν diligentiam, χρόνον & assiduitatem in discendâ
& exercendâ Arte. Naturam quod adinet, non illam facul-
tatem corporis rectoricè, aut temperiem ejus, sed ingenium solers
& perspicax, quod plurimum adjumenti ad bonas capeffendas
artes, & frugem ex literis comparandam obtinere notius
est, quam ut probari debeat, intelligimus. Dum enim, qua
a Doctoribus traduntur, facili captu ab ingenioso homine exci-
piuntur, efficitur, ut & voluptatem eximiam accipiat qui
discit, & propter eam tanto penitius sese in literas totum insti-
nuet, inque istarum studia veluti involvat. Hinc Socratem,
& Platonem, Aristotelem, divinumq; imprimis Hippocratem, ut
alios.



alios præteream, veritatis summos cultores, & Deos quosdam
tutelares fuisse scimus, quod ingenij quâ pollebant claritate
nihil non sint in literis consequuti, ut & palmam præ cæteris tu-
lerint, principes supra reliquos omnes, qui sunt, fuerunt, &
erunt, suo ipsorum jure merito habiti. Naturâ itaque ad
optima quæque viam parante & præmonstrante, utpote quâ
solâ ἀντιπαρῶν seu contra agente & repugnante, νεκὰ τῆς
vana sunt & irrita omnia, sequitur Alterū præsidium, Artis nem-
pe cognitio, quæ adhibita prudentiâ acquiritur, si quæ docentur
intentâ mente accepta disciplinarum seminaria & veritatis
solida pabula ab Auditoribus indefinenter imbibantur, inq̄
optatam frugem jugi labore adolescant. Quod & tanto me-
lius obtinebit ille, qui ab ipsâ statim pueritiâ disciplinis & Ar-
tibus bonis comparandis incumbit. Nam ut Flaccus ait, quod
semel est imbuta, recens servabit odorem, testæ diu. Atq̄
hac ratione optimum semper judicatum est, quod tertium ad-
jumentum, ut protenus à succu lactis discedens infans, farique in-
cipiens bona quæ sunt, benè loqui doceatur. Quod Graccho-
rum matrem in suis literis educandis fecisse legimus; & uti-
nam quod fecit mulier mater, id hodiernum facerent, qui libe-
ros habent parentes, in suis filijs benè feliciterq̄ educandis:
melius ita ratio institucndæ juventutis omnis procederet, &
factus nostri in fastigium doctrinæ proveherentur. Quartum
Locus est ad Medicam scientiam non tantum præceptis, sed &
opere ipso tradendam, accommodatus, ubi & multitudo ac
varietas agrorum & facilis datur inspectio. Quorsum &
Hippocrates noster respexit, comment. & in 1^o, ad cognoscen-
da tractandaq̄ telorum vulnera barbaras sequi jubens mili-
tias. Et argutè Hispanus quidam Gallici morbi curationem,
ex ipsius loco natali, ab ipsâ usq̄ Americâ, petendam esse con-
jectatus, Guajaci usum in nostrum orbem traduxit. Sunt autem

ad disciplinam apti loci hodie quamplurima Academia, in eam
re ab optimis Principibus instituta, quibus si & nostram adnume-
ramus, & recte nos facere, ac immerito à quoquam culpari omnino
arbitramur. Habemus etenim Dei omnipotentis benignitate,
Illustriſſimos & Celsiſſimos Principes ac Dominos, Dominum
ADOLPHUM FRIDERICUM, & Dominum
JOANNEM ALBERTUM, Duces Megapolitanos,
&c. Dominos nostros clementiſſimos, ac Senatam ampliſſi-
mum & prudentiſſimum urbis Rostochij, Patronos Academiae
munificentiſſimos, qui quod à Majoribus acceperunt, nun-
quam intermoritur à laude, continuo fovent & amplectuntur,
accuratam curam & diligentiam hoc agentes, ut suis collegijs tales
praesint, qui juventutem assiduitate, industriam, & cultu om-
ni tam morum, quam literarum informant ac erudiant, &
tanquam boni agricola, ferax hoc divinitatis solum, agrumque
virtutis omnis ac disciplinae capacem excolant, & perpoliant.
Quintum futuri excellentis Medici praesidium est Quisquam,
ut laborum sit tolerantissimus, siquidem homo ad laborem na-
scitur, & eum sapientissimi Salomonis monitu nos docere pos-
sunt formica, ut propterea fracti & dissoluti animi sit indi-
cium, nolle vigilijs, labore, assiduitate & vigilantiam in addi-
scendis artibus uti: siquidem non ocio, torpore, desidia auxi-
lium Dei paratur, sed agendo & recte consulendo prosperè om-
nia cedunt. Dii enim, ut nescio quis auctor habet, facientes
adjuvant, pigros & inertes oderunt, & ut apes ignavum pe-
cus, à praesepibus arcent. Labor durus, sed brevis, labor abit,
gloria immortalis. Atque hoc est, quod Diogenes Laertius Ari-
stoteli adscribit, Artium radices quidem esse amaras, fructus
autem melle dulciores: amarus est labor & molestia plenus,
sed qui inde emanat fructus jucundissimus:

Quis-

Quisquis enim duros casus virtutis amore
Perfert, ille sibi laudemq; decusq; parabit :
at qui desidiam luxumq; sequetur inertem,
dam fugit oppositos incautâ mente labores
turpis, inopsq; simul miserabile transiget ævum.

Postremum Tempus est, ut omnia indefatigabili studio conti-
nueantur, is *χρόνον πολλόν, ὅπως ἢ μάθησις ἐμψυσιώδειον*
δεξιῶσι ἢ θαλαδίως ἰσὺς καὶ πρὸς ἐξενέγκηται, quò doctrina
natura benignitate, & artis obstetricatione ingenerata, oportu-
ne ac copiose fructus suos ferat. Quod si quo alio, exercita-
tione certè præstatur ac perficietur. Neq; enim satis est, quæ
agenda aut faciendâ sunt scire, nisi ea opere & factis ipsis adim-
pleamus, in particularium utique crebro versantes usu. Ita-
que qui consummatus & perfectus haberi vult Medicus, is &
in Universalibus industrius erit, hoc est, methodum tenebit,
quâ pro normâ in conficiendis ad se pertinentibus operibus uti-
tur, inque particularibus ab ineunte ætate ad extremum usq;
senium perseveranter sese excercebit, utpote in quibus tota
Artis ratio consistit. Et videmus quotidie rerum expertos
magis id, quod intendunt, consequi, quàm illos qui rationem
absq; experientia tenent; cuius causa inde dependet, quod ars
sit Universalium, experientia autem singularium, actionesq;
ipsa omnes circa singularia fiant. Ob id hominem non nisi
per accidens sanat, qui medetur, sed Calliam, Socratem, aut
alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, hoc est, particulares
homines, uti Gal. ait. Si quis itaque rationem absq; experientiâ
teneat, & universale quidem cognoscat, quod autem sub eo est
particulare ignorat, sæpe numero à sanando enormiter aberrabit.
Ista divinus senex noster, Medicinæ parens sapientissimus,
non tantum eloquutus fuit, sed & appositâ similitudine
eorum, quæ ex terrâ nascuntur, explanavit scitissimè singula,

in hanc pergens sententiam. Ager est ingenium humanum: dogmata vero seu praecepta eorum qui docent, sunt veluti semina; Tempori sementis respondet aetas juvenilis, quae semina spargi oportet, ut incidant eae. *ibid.* *apud* *reg.* *et* *cap.* in terram dextre culta. Aëris ambiētis constitutio vitali zephyro sata vegetas est locus, disciplina medica cōveniēs, ut praecepta quae per *ax.* *et* *cap.* hausit discipulus, exēplorum *et* *cap.* confirmare possit. Agricola laborem refert diligentia & industria Medici. Tempus messis videtur esse, quando eousq; sub optimis praeceptoribus audiendo praecepta & spectando exempla progressus est, ut illorum imitatione dignos tam praclarā institutione proferat fructus. Quae omnia si usquam in alijs Medicinae Candidatis fuerunt aliquando animadversa, in hoc certe, quem non ita pridem in publico stitimus, Dn. M. JOACHIMO STOCKMANNNO cumulatè esse observata, nemo uti speramus, qui eum audivit, facile negabit. Tanta enim & talia eruditionis sua, tum in privato examine, tum in solemnibus & publicā disputatione nobis omnibus praeiit specimina, ut tantius Collegij Medicorum hujus Academiae calculo dignissimus fuerit iudicatus, cui, quem submisit tanquam virtutis & recondita doctrina testem petijt, summus in Arte nostrā Doctoris honor & gradus, jure meritoq; tribueretur. Neque enim illi ullum doctorum praesidiorum boni & veri Medici defuisse quamvis jam ante sciverimus: ipse tamen luculenter idem in frequentissimo auditorio, horis matutinis & pomeridianis demonstravit, responsionibus suis ad argumenta plurima, multarumq; controversiarum nodos gryphosq; nervosè & eleganter datis & prolatis. Nec dubitabimus, quia porro de iam locupletiore artis usu & adplicatione ritè factā, cum salute mortaliū in publicum prodire, & Medicinam facere, suamq; industriam & felicitatem, quam & illi ab optimo ter maximo


Deo

Deo animum precamur, ipso opere cuilibet ostendere velit & possit. Quae quum ita sint, quod reliquum est muneris mei, quodq; libenter meritoq; facio, publice Academiae hujus civibus, & omnium ordinum viris doctis, universis ac singulis significo, diem crastinum, qui est XVI. currentis mensis Novembris, solemnibus istis PROMOTIONIS ceremonijs esse destinatum, quas, quod SUMMUS DEUS trinus & unus, Ecclesia sua, Reipublica & nostra schola bene vertat, Reverendissimi, Illustriss. & Celsiss. Principis ac Domini, Dn. UDALRICI, Heredis Norwegiae, Administratoris Episcopa Suerinensis, Ducis Schlesvici, Holsatiae, Stormariae & Dithmarsiae, Comit. in Oldenburg & Delmenhorst, Academiae Rostochiensis Cancellarij magnificentissimi, Domini nostri clementissimi, vices suas in Actu hoc, clariss. & experientissimo viro Dn. JOANNI BACMEISTERO Philosoph. & Medic. Doctori ac Professore, Collegij nostri Seniori, literis missis legitime commendantis, consensu & adsensu, quam Licentiam vocant, more Majorum decenter impetrato, in ade D. Virgini Mariae sacra, jussu scituq; totius nostrae Facultatis, in hoc Academiae recens inito Centenario tertio, usitatis ritibus, ipsemet peracturus, & supranominatum Dn. CANDIDATUM ex Virtutis in Honore facellum educturus, eique supremos in Arte Medica titulos ac DOCTURAE ornamenta & privilegia publicitus collaturus sum. Quare ut Actus hic tanto celebrior & augustior reddatur, Magnificum Dn. RECTOREM virum clariss. & Consuliss. Dn. THOMAM LINDEMANUM, Juris utriusq; Doctorem & Professore, Illustrissimorum item & amplissimorum Dominorum Patronorum, utpote quorum nunquam non pradicanda munificentia & liberalitate sumptus ad hanc rem necessarios, atque adeo hac ipsa literaria ocia,

nono

non sine totius Academia, & omnium in eâ ordinum plausu ac
gaudio, in festi hujus Jubilæi publicâ solemnitate ex animi
sententiâ obtinemus, Legatos dignissimos, Reverendos item
& Consultissimos, uti & experientissimos ac humanissimos
Dominos Collegas, Doctores, Magistros, Verbi divini mini-
stros, schola inferioris moderatores, & universum nobilissi-
mor. ac doctissimè eruditorum studiosorum gregem, omnesq;
viros bonos, Academia ac Collegij Medici amicos & fautores
demise & officiosè vocamus, rogamus, & invitamus, ut cras
horis post septimam matutinis in vicinum Collegium mature
& frequentes convenire, nostrumq; Candidatum nobiscum in
templum deducere, festivo huic actui ad finem usq; sine tadio
velut testes interesse, eumq; suâ presentia conspectiorem &
honorabiliorem reddere, atq; insuper Deo opt. maximo Illu-
striss. & Celsiss. Megapolitanorum Duces, Dominos nostros cle-
mentissimos, uti & civitatis hujus Senatam Amplissimam
& prudentissimam, Nutritios ac patronos nostros benignissi-
mos, Academiam item hanc & urbem, totumq; ducatum,
& nos omnes, pijs votis, ardentibusq; precibus commendare
ne graventur. Quod officium neq; molestum ulli, neq; gra-
ve, uti confidimus, erit, nobis autem & Collegio Medico adpri-
mè gratum, ac Dn. CANDIDATO perquam honorifi-
cum; operamq; vicissim dabimus, ut illud, eâ, quâ par est,
animi gratitudine & servitiorû promittitudine recompensemus.
Benè valete. P. P. sub officij nostri sigillo, die seculi tertij
Academici quarto, Novembr. decimo quinto, anni Jul.
c1o lre XIX.





Quisquis enim duros casus virtutis a
Perfert, ille sibi laudemq; decusq; p
at qui desidiam luxuriamq; sequetur u
dam fugit oppositos incauta mente l
turpis, inopsq; simul miserabile tran

Postremum Tempus est, ut omnia indefatig
nuentur, is χειρὸν παλιῶ, ὅπως ἢ μάθ
δεξιῶσι ἢ ἀαλδέως ἰσὺς καὶ πρὸς ἐξενέγκη
natura benignitate, & artis obstetricatione
tunc ac copiose fructus suos ferat. Quod si
tione certè præstatur ac perficietur. Neq;
agenda aut facienda sunt scire, nisi ea opere
pleamur, in particularium utique crebro ve
que qui consummatus & perfectus haberi vult
in Universalibus industrius erit, hoc est, m
quâ pro norma in conficiendis ad se pertinent
tur, inque particularibus ab ineunte ætate a
senium perseveranter sese excercebit, ut pot
Artis ratio consistit. Et videmus quotidi
magis id, quod intendunt, consequi, quam
absq; experientia tenent; cuius causa inde de
fit Universalium, experientia autem singul
ipsa omnes circa singularia fiant. Ob id h
per accidens sanat, qui medetur, sed Callia
alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, hoc
homines, uti Gal. ait. Si quis itaque rationem
teneat, & universale quidem cognoscat, quo
particulare ignorat, sæpenumerò à sanando e
bit. Ista divinus senex noster, Medicina
nus, non tantum eloquutus fuit, sed & app
eorum, quæ ex terrâ nascuntur, explanavit

ca 3

